

et donavit, ut predictus conventus nec a nobis nec a nostris successoribus aliquam de cetero infestacionem sive calumpniam paciatur. Ne igitur hoc factum aut oblivio deleat aut declivitas ingenii malignantis destruat et infringat, in cuius rei testimonium hoc scriptum ad utilitatem sive ad usum sepe dicti claustri nostri sigilli et nostrorum fratrum munimine fecimus roborari. Testes autem huius rei sunt dominus Heinricus miles senior dictus de Koldicz et Heinricus filius eiusdem, Heinricus de Scellenbere, Ludolfus dictus de Musele, Petrus de Sirowe, Gotsaleus civis in Koldicz et quatuor fratres sepe dicti claustri scilicet frater Albertus Picariator, frater Iohannes de Sconenbach, frater Conradus de Otirwas, frater Heinricus Saxo. Acta et habita sunt hec anno domini m° cccc° viii° in Koldicz feria quinta in festo penthecostes.

10

307.

Bürgermeister und Rathmannen der Stadt Grimma bearkunden ein mit dem Kloster Marienthron getroffenes Uebereinkommen, wonach dieses der Stadt einen Weg und die Stadt dem Kloster ein früher zu Altzelle gehöriges Grundstück nach gegenseitigem Erlaß von Zinsen abtreden. 1308 Dec. 28.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1849. Das wohlerhaltene Stadtsiegel (Taf. I, 2) an Pergamentstreifen.

Gedr.: Husche Magazin 7, 288 ff.

Ann.: Vergl. No. 12 und Lorenz Grimma 203. 261. 1494.

In nomine domini amen. Ut in nostris acta temporibus —. Hinc est, quod nos consules civitatis Grymme Conradus Bore magister consulum ceterique iurati Otto In- 20 stitor, Apetz de Bucheym, Conradus Faber, Ber de Steynbere, Conradus Sutor de Parda, Heinricus de Gyten, Io. Silbersac, Conradus Wolzeman, Ludewicus de Kemnitz, Iohannes Molendenarius, Heinricus Carnifex tam presentibus quam futuris evi fidelibus volumus esse notum, quod causa, que vertebatur inter conventum sive collegium sanctimonialium in Trono sancte Marie et cives civitatis iam dicte, ad veram amicitiam est formata seu 25 comportata per talem modum. Domina Hedwigis abbatissa et totus conventus sanctimonialium cenobii iam dicti contulerunt nostris civibus et civitati iam dicte viam, que sita est inter ortum suum et fossatum civitatis, iure perpetuo possidendam et hoc pro XII talentis cere, que nobis persolvere annuatim et nostris monasteriis fuerunt obligate. De censu vero, quem eis solvere tenebamur, videlicet III fertones ex parte hospitalis nostri 30 et unum fertonem de stupa balniali, liberos nos dimiserunt nichil iuris in ipso penitus reservantes, et hoc etiam pro cera superius memorata. Nostri vero consules predicti et civitas universalis econtra contulerunt cenobio seu conventui sepe dicto arcam, que quondam erat dominorum de Cella, que etiam adiacet orto carum in vicino et fossato civitatis. In cuius testimonium et ob memoriam firmiorem presentem paginam sepe dicto cenobio 35 contulimus sigillo nostre civitatis communitam. Testes huius collacionis sunt dominus Vlricus Nuwenburgensis ecclesie episcopus, dominus Albertus Knuth, dominus Albertus de Luppe, frater Iohannes de Sconenbach, frater Albertus Becherer, dominus Th[ocodericus] plebanus in Houechin, consules prescripti, Iohannes Vinitor, Th[ocodericus] de Bore et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° iꝯ, v kalendas ianuarii.

40